

XXII.

HAMÍLCAR,
CARTAGINÉS.

CAPÍTULO I.

Destreza con que Hamílcar defiende la ciudad de Érix.
(Año 515 de la fundacion de Roma, 241 antes de J. C.)

Hamílcar¹, Hannibalis filius, cognomine Barcas, Carthaginensis, primo punico bello², sed temporibus extremis, admodum adolescentulus³, in Sicilia præesse cœpit exercitui. Quum ante ejus adventum et mari et terrâ malè res gererentur Carthaginensium, ipse, ubi adfuit, nunquam hosti cessit, neque locum nocendi dedit; sæpeque e contrario, occasione datâ, lacessivit, semperque superior discessit. Quo facto, quum pene omnia in Sicilia Pœni⁴ amisissent,

¹ *Hamílcar*. En lengua cartaginesa significa *rey*, y su sobrenombre *Barcas* quiere decir *rayo*, como se ha dicho de *Ceraunos*.

² *Primo punico bello*. Tres fueron las guerras púnicas, ó que los Cartagineses hicieron á los Romanos. La primera empezó el año 489 de la fundacion de Roma; la segunda el año de 556, y la tercera el año 605.

³ *Admodum adolescentulus*. Todavía muy jóven.

⁴ *Pœni*. Los Cartagineses, llamados así, porque descendian de los Fenicios, habiéndose corrompido la voz.

ille Erycem⁴ sic defendit, ut bellum eo loco gestum non videretur. Interim Carthaginenses, classe apud insulas Ægates² a Caio Lutatio, consule Romanorum, superati, statuerunt belli finem facere; eamque rem arbitrio permiserunt Hamílcaris. Ille, etsi flagrabat bellandi cupiditate, tamen paci serviendum putavit, quòd patriam, exhaustam sumptibus, diutiùs calamitates belli ferre non posse intelligebat; sed ita ut statim mente agitare, si paulùm modò res essent reffectæ, bellum renovare, Romanosque armis persequi, donecùm aut certè vicissent, aut victi manus dedissent. Hoc consilio pacem conciliavit; in quâ tantâ fuit ferociâ, quum Catulus negaret se bellum compositurum, nisi ille cum suis, qui Erycem tenuerant, armis relictis, Sicilia decederent, ut, succumbente patriâ, ipse periturum se potiùs dixerit, quàm cum tanto flagitio domum rediret. Non enim suæ esse virtutis arma, a patriâ accepta adversus hostes, adversariis tradere. Hujus pertinaciæ³ cessit Catulus.

CAPÍTULO II.

Hamílcar, despues de haber ahuyentado ó exterminado á los sublevados, extiende los límites del imperio de Cartago.

At ille, ut Carthaginem venit, multò aliter ac sperabat, rempublicam se habentem cognovit. Namque

⁴ *Erycem*. Castillo puesto sobre un monte muy alto en Sicilia, entre Trapani y Palermo.

² *Apud insulas Ægates*. En la altura de las islas Egates. Estas islas están entre la Sicilia y el Africa.

³ *Pertinaciæ*. A su teson.

diuturnitate externi mali tantum exarsit intestinum¹ bellum, ut nunquam pari in periculo fuerit Carthago, nisi quum deleta est². Primò mercenarii milites, qui adversus Romanos fuerant, desciverunt; quorum numerus erat viginti millium. Hi totam abalienarunt³ Africam; ipsam Carthaginem oppugnarunt. Quibus malis adeo sunt Pœni perterriti, ut auxilia etiam a Romanis petiverint, eaque impetrarint. Sed extremò⁴, quum prope jam ad desperationem pervenissent, Hamilcarem imperatorem fecerunt. Is non solum hostes a muris Carthaginis removit, quum amplius centum millia facta essent⁵ armatorum; sed etiam eò compulit, ut, locorum angustiis clausi, plures fame quam ferro interirent: omnia oppida abalienata, in his Uticam⁶ alque Hipponem⁷, valentissima totius Africæ, restituit patriæ. Neque eo fuit contentus, sed etiam fines imperii propagavit. Totâ Africâ tantum otium reddidit, ut nullum in eâ bellum videretur multis annis fuisse.

¹ *Intestinum*. Civil.

² *Quum deleta est*. Cuando fué arruinada. Arruinó á Cartago P. Escipion, llamado por esto el *Africano*.

³ *Abalienarunt*. Hicieron que se rebelase.

⁴ *Extremò*. Al cabo.

⁵ *Facta essent*. Se habian llegado á juntar.

⁶ *Uticam*. Ciudad no distante de Cartago.

⁷ *Hipponem*. Así llamada por el promontorio de Hipo, que está cerca de ella.

CAPÍTULO III.

Hamilcar, enviado á España, lleva consigo á su hijo Hanibal, y á su yerno Hasdrúbal. Su muerte. (Año 516 de la fundacion de Roma, 258 antes de J. C.)

Rebus his ex sententiâ peractis, fidenti animo atque infesto Romanis, quò facilius causam bellandi reperiret, effecit ut imperator cum exercitu in Hispaniam mitteretur; eoque secum duxit filium Hannibalem, annorum novem. Erat præterea cum illo adolescens illustris Hasdrubal, cui ille filiam suam in matrimonium dederat. De hoc ideo mentionem facimus, quòd, Hamilcare occiso, ille exercitui præfuit, resque maximas gessit, et princeps¹ largitione² vetustos pervertit mores Carthaginensium; ejusdemque post mortem, Hannibal ab exercitu accepit imperium³.

CAPÍTULO IV.

Hamilcar muere en España en un combate contra los Estreñeños. (Año 525 de la fundacion de Roma, 229 antes de J. C.)

At Hamilcar, posteaquam mare transiit, in Hispaniamque venit, magnas res secundâ gessit fortunâ: maximas bellicosissimasque gentes⁴ subegit; equis,

¹ *Princeps*. Fué el primero.

² *Largitione*. Con sus profusiones.

³ *Hannibal ab exercitu accepit imperium*. El ejército proclamó por general á Hanibal.

⁴ *Maximas bellicosissimasque gentes*. Pueblos muy considerables y aguerridos. Sujetó los pueblos de los contornos de Cádiz, la Bética, Murcia, y despues la Cataluña.

armis, viris, pecuniâ, totam locupletavit Africam. Hic quum in Italiam bellum inferre meditaretur, nono anno postquam in Hispaniam venerat, in prælio pugnans adversûs Vettones¹, occisus est. Hujus perpetuum odium erga Romanos maximè concitasse videtur secundum bellum punicum: namque Hannibal, filius ejus, assiduis patris obtestationibus² eò perductus est, ut inferire, quàm Romanos non experiri³, mallet.

XXIII.

HANÍBAL,

CARTAGINÉS.

CAPÍTULO I.

Hanibal excedió en prudencia á los demás generales. — Es perseguido por la envidia de sus conciudadanos. Su odio contra los Romanos.

Hannibal, Hamilcaris filius, Carthaginiensis. Si verum est, quod nemo dubitat, ut⁴ populus romanus

¹ *Vettones*. Estremeños. Esto tiene su dificultad atendida la historia de España, según la cual parece que esta batalla fué con los Edetanos ó Valencianos.

² *Obtestationibus*, Amonestaciones, ruegos.

³ *Quàm Romanos non experiri*. Que el no probar las armas con los Romanos.

⁴ *Ut*. Que. Cicron pro S. Róscio dico: non est verisimile ut.

omnes gentes virtute superarit, non est inficiandum Hannibalem tantò præstitisse ceteros imperatores prudentiâ, quantò populus romanus antecedit fortitudine cunctas nationes. Nam quotiescumque cum eo congressus est in Italiâ, semper discessit superior. Quòd nisi domi civium suorum invidiâ debilitatus esset⁴, Romanos videretur superare potuisse; sed multorum obtrectatio² devicit unius virtutem³. Hic autem, velut hereditate relictum, odium paternum erga Romanos sic conservavit, ut priûs animam quàm id deposuerit⁴: qui quidem quum patriâ pulsus esset, et alienarum opum indigeret, nunquam destiterit animo bellare cum Romanis.

CAPÍTULO II.

Hanibal hace entrar en sus planes á Filipo y á Antioco contra los Romanos, por el odio que les tiene y que habia heredado de su padre.

Nam, ut omittam Philippum⁵, quem absens hostem reddidit Romanis, omnium his temporibus po-

¹ *Quòd nisi domi civium suorum invidiâ debilitatus esset*. Si la envidia de sus compatriotas no le hubiera sido de estorbo ú obstáculo.

² *Obtrectatio*. La mala voluntad, la persecucion.

³ *Devicit unius virtutem*. Pudo mas que el valor de uno solo.

⁴ *Ut priûs animam quàm id deposuerit*. Que dejó antes de vivir que de aborrecerlos.

⁵ *Philippum*. Rey de Macedonia, quinto de este nombre.